



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ivlii Cæsarisi|| Scaligeri|| Epistolæ|| &|| Orationes||

Scaliger, Julius Caesar

Lugduni Batavorum, 1600

Robertvs Britannvs Ivlio Cæsari Scaligero S. D. LXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

ROBERTVS BRITANNVS

235

IVLIO CÆSARI SCALIGERO

S. D. LXXIII.

Vt primum Burdigalam perueni , nihil prius agendum duxi , quam vt ad te scriberem. Nunc vero illud aperiam , quod haec tenus tacui , nec diutius tacendum putem. Ageni me cum multa tenerent , eo tamen commorabar attentius , quo magis sperarem me abs te impetraturum aliquid , quod aut delectaret meipsum , aut magna ex parte subleuaret. Quæ autem reperi , ea fuerunt tā multa , vt nulla re mihi vñquam magis consuluisse videar , quam quod eo profectus sim. Teneo certe memoria , & quo sis animo erga me video. Cæterum in primis me delectauit volumen illud magnum de verborum & rituum origine: meque ita incendit , ac caput , vt cuperem vel statim illud edi. Video enim fore , vt magnam ex eo capias non gloriam solum , verum etiam voluptatem: cum & isti labores tui considerati , & graues , debita laude compensabuntur : & tu delectatus fructu subtilitatis , atque eruditionis tuæ maiorem indies voluptatem ex ipsis rebus , maiusque solatium capies. Quod ad morbum attinet ,
nos

nos respicies: præsens eius tibi rationem, caussamque explicui, quantum mihi videbar nouisse. Nunc absens aliquid ad eum leniendum ac minuendum postulo. Ex prompto artificio est opus. tu tamen, si voles, poteris multum & ad leniendum dolorum, & humores extenuandos, & frangendam torius mali pertinaciam. Quid de ea re sentias, quid velis, quid existimes, certior fieri cupio. Vale. Burdig. Cal. Decembr.

IDEM E IDEM.

LXXXIV.

Cv m Agennum diuertissem, Martino Stella publicas obtinente scholas, incundissimum fuit, quod in te incidisset hominem perhumanum, & omnibus politioribus & grauioribus artibus, & disciplinis eruditum. Itaque cum te conuenire, tecumque loqui cœpisset, omnis ille sermo perductus est varie ad multas horas non sine mea utilitate profecto: cum tu ea sedulo referres, eaque accurate colligeres ex multis & variis auctoribus, quæ mihi illa audienti spem afferebant, fore aliquando, yt tuis optimis & prudentissimis fultus

COR.